manuscript

Seite 153r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

illum iniquum Nunc ergo propter singularem eius magnitudinem nimiamque
fortitudinem spiritus sanctus qui est spiritus domini ihesu mittendus est contra eum
nec aliud ille iniquus patitur inflari nisi per semetipsum vexatur super
eum spiritus domini Et iste spiritus sanctus spiritus domini ihesu non ad mortificandum
solet emitti non nisi adiuuificandum consueuit immitti nunc enim in ipso
mors est cum ipse potius vita sit Flatus ergo intelligendum est hic de
spiritu oris sive labiorum domini ihesu et hoc fecit commodius Et illud quoque
propheticum in presens adducatur Vox dicentis clama. Et dixi Quid
clamabo Omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos agri
Exsiccatum est fenum et cecidit flos quia spiritus domini insufflavit in eo
O omnis homo vivens quid rogo tibi est facilius quam sufflare Et quid
rogo infirmius coram te quam illud quod sufflando potes delere Igitur
pertinet exemplum ad dictum propositum est quam vere fortis sit dominus ihesus
Cuius nomen verbum dei verbum dei Et quam vere universa vanitas erit
cum ille homo vivens totius generis humani tyrannus maximus ty
rannus dyabolicus Certa quam facile tibi est sufflando dissipare
filum telarum aranee tam facile immo et facilius erit et illud iniquum in
efficacem Multis coniecturis que hinc solent fieri per hunc sensum arbi
tror quempiam posse liberari Sequitur capitulum x v.
Interfecto antichristo paucis idest xlv diebus ut exclamandis
visione comitatur interlectis Veniet in maiestate sua dominus et no
vissima omnium inimica destruetur mors Quomodo destruetur hoc dominus
ait apostolus in visu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de
celo et mortui qui in christo sunt resurgent primi Deinde nos qui vi
vimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obviam christo
in aera et sic semper cum domino erimus Illa destructio mortis consumacio
est victorie verbi dei Consumacio propositi dei et cum hoc dicto verbi
triumphantis Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis
regnum a constitucione mundi Quod dicit a constitucione mundi hoc est
ab eo tempore ut dicitur quo constituebatur mundus in creacione generis humani
Quando duobus creatis hominibus Crescite ait et multiplicamini et
replete terram Cum enim duo tantum essent dicendo illis Crescite
et multiplicamini illam intendebat multiplicitatem que stabit addexteris
et tunc preparabit eis regnum prefinitum habens numerum quibus deberet
parari regnum dei Nam qui super numerum illum multiplicati sunt quique

Quod interfecto Antichristo ibi consummacio sit verbi dei Ubi dicet Venite benedicti patris mei etc.